a Multa flagella peccatoris. Istud continuat cuilibet prædictorum duorum versuum. Primo sic: Nolite fieri sicut equus et mulus ꝛc. quia / multa flagella pctoris / et in præsenti sunt / et in futuro erunt. Secundo sic: Maxillas eorum constringe ꝛc. quia / multa flagella pctoris: q. d. idéo te rogo vt tu verberes eos virga præsentis tribulationis: quia compatior eis super flagellis quæ patiuntur in præsenti / et patientur in futuro nisi conuertantur ad te.

a Multa flagella † peccatoris:
b † sperantem autem in domino
c misericordia circumdabit.
d Lætamini in domino et exultate

Multa / ergo / sunt flagella peccatoris / in præsenti. Primo eni flagellat a miseria contritionis suæ. Unde Eccl. xl. a. Occupatio magna creata est omnibus hominibus: et iugum graue super filios adam a die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem omnium ꝛc. Secundo flagellant a remorsu conscientiæ. Miere. ij. d. Arguet te malicia tua: et auersio tua increpabit te. Tertio ab inquietudine a dæmonibus illata. Miere. xvj. c. Seruietis ibi diis alienis die ac nocte qui non dabunt vobis requiem. Job. xxx. c. Qui me comedunt non dormiunt. Quarto a cogitationibus et sollicitudinibus. Exo. viij. c. Ecce ego immittam in te et in seruos tuos et in populum tuum et in domos tuas omne genus muscarum ꝛc. Ibi dicit Greg. Israel sabbatum accepit in munere: egypti percutit muscarum multitudine. Quinto ab amore diuitiarum / quæ dicunt spinæ a domino: Matth. xiij. c. Et quanto magis corda inserunt per amorem: tanto magis pungunt per dolorem. Pungunt quippe / cum acquiruntur per laborem: cum habent pungunt per timorem: cum perduntur pungunt per dolorem: quia cum labore acquirunt: cum timore possident: cum dolore amittunt. Unde Esa. xiiij. f. Erit babylon in possessione hericij. Job. xxx. a. Esse sub sentibus delitias computabant. Sexto ab alijs peccatoribus. Abacuk. j. d. Facies hominis quasi pisces maris: qui scilicet comedunt se inuicem. Item multa sunt flagella peccatoris in futuro. Prouerb. xix. d. Parata sunt derisoribus iudicia: et malei percutientes stultorum corporibus. Job. xxvij. d. Apprehendet eum quasi aqua inopia: nocte oppriment eum tempestas: tollet eum ventus vrens / et auferet: et velut turbo rapiet eum de loco suo ꝛc. Hic possunt notari et distingui diuersa flagella peccatoris. Et Job. xx. d. breuiter dicit de multitudine ista dicens: Omnis dolor irruet super eum. Sic ergo / multa flagella pctoris. Sed econtrario multa consolatio pœnitenti: Unde addit: b Sperantem autem in domino misericordia circumdabit: id est pœnitentem: qui præcedente merito pœnitentiæ suæ: futuram beatitudinem expectat: illum circumdabit misericordia. Nec tu dicit: sperantem / in meritis suis: sed sperantem in domino: quia sicut dicit beatus Greg. vita sanctorum succumbit si pietas dei desit. Hinc ergo c Misericordia circumdabit / vndique / in præsenti, protegendo eum: et ab hoste qui circuit quærens quem deuoret. j. Pet. vltimo. b. et a flagellis prædictis / quæ patiuntur mali in præsenti. Item / circumdabit / in futuro: quando misericordia domini introducet eum in illud gaudium: de quo Matth. xxv. b. Intra in gaudium domini tui: In quo misericordia dei circumdabit iustos: quia licet illud gaudium meruerit in hac vita: tum plus dabit quam meruerint. Unde dicit Hiero. In bonis meritum exceder clementia: Vel quia meriti fundamentum: id est fides et charitas / et alie virtutes ex misericordia pura habuerunt. Unde Roma. ix. d. Non est volentis neque currentis sed dei miserentis. Et quia ex dei misericordia fuit quod tam paruis meritis tantum præmium promisit: Unde Roma. viij. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabit in nobis. Ex his concludit ergo: d Lætamini in domino et exultate iusti. Propter ista. s. quæ fient vobis: Lætamini / interius: f Et exultate / exterius: e In domino / non in vobis: Ab eo enim hæc expectatis g Iusti / non pctores: Quibus econtrario dicit Jaco. v. a. Agite nunc diuites / plorate bululantes in miseriis vestris quæ aduenient vobis. b Et gloriamini omnes recti corde: quia ipsa rectitudo cordis est gloria sanctorum. ij. Cor. j. c. Gloria nostra hæc est: testimonium conscientiæ nostræ. Cant. j. b. Recti diligunt te ꝛc. Exposi. psalmi. XXXII.

h Exultate iusti in domino. Titulus. In finem psalmus dauid. Titulus iste patet. In præcedenti psalmo egit apostolus de intellectu pœnitentis: In isto autem agit de generali intellectu / quod debemus intelligere dei omipotentia et iustitia / vt eum timeamus: et misericordias / vt in eo speremus: quia bonum placitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Intentio autem eius apostoli in psalmo / nos ad laudem dei inuitare. Modus. Triplex est psalmus. Primo / iustos monet laudare deum. Secundo dicit beatos eos cultores dei: ibi: Beata gens. Tertio ostendit quod de prædicti sentiat: ibi: Ait nostra. Volens quasi propheta nos ad laudem inuitare / prius monet ad mentis exultationem quæ præcedit laudem et eructat. Unde dicit: Exultate: Et ostendit qui debeant exultare / dicens: Iusti: Et in quo dicit: In domino: h Exultate iusti / non iniusti: quia sicut dicit in Ps. Iniusti punient et semen impiorum peribit: iusti autem hereditabunt terram et inhabitabunt in seculum seculi super eam. Et ideo magis flendum est peccatoribus quam gaudendum. Unde Joel. j. b. Expgiscimini ebrij et flete: et hululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quia perit ab ore vestro. Ebrij sunt peccatores qui de calice babylonis inebriant se: et bibunt vinum secularis iocunditatis in dulcedine: et perit ab ore eorum: quia antequam biberint vsque ad satietatem amittunt iocunditatem et inueniunt æternam calamitatem et miseriam. Unde de vino isto tpalis iocunditatis dicit Prouer. xxiij. d. Ne respicias vinum cum flauescit / cum splenduerit in vitro color eius. Vitrum est fragilis vita præsens quam cito frangit: et perit vinum. Et vrina periret penitus: Nam potius conuertit in venenum. Unde sequitur ibi Prouer. xxiij. d. Ingredit blande / sed in fine mordebit vt coluber: et sicut regulus venena diffundet. Exultate quam non iniusti: Sed i Iusti / Et h k In domino non in mundo. Phil. iiij. a. Gaudete in domino sp. Hæc enim exultatio sp durabit et h incipit. Sed gaudium mundi h incipit et h terminat: et iocundum non est amplectendum plus quam vmbra vel puncta. Unde Job. xx. a. Laus impiorum breuis / et gaudium hypocritæ adistar puncti. Et Prouer. xiiij. b. dicit: Extrema gaudij luctus occupat. Cum quam puncta non habeat extrema alia a medio: quia indiuisibile est: sedet quod gaudium istud in veritate non est gaudium domini / sed luctus. Unde ibi Prouer. xiiij. b. bum pmittit: Risus dolore miscebit. Jo bum dicit h: Exultate iusti in domino / non in mundo. Et notandum quod spualis lætitia ad quam nos inuitat: multiplicat.

Utilitatum spiritualis lætitiæ

- Prima est: quia vitam prolongat / et opa bona multiplicat. Prouer. xvij. d. Animus gaudens gratum floridam facit:
- Secunda est: quia erigit spum tristitiam exiccat ossa. cor hominis / et præstat audaciam spualem. Prouer. xv. b. Cor gaudens exhilarat faciem: in mero
- Tertia: quia præstat ro animi deijciet spus. fortitudinem. Nehemie. viij. c. Nolite contristari: gaudium eterni domini est fortitudo vra. i.
- Quarta: quia omnes gaudium habitum in domino. temptationes eliminat. Esa. xxx. g. In citharis et tympanis et in bellis præcipuis ex
- Quinta: quia confundit pugnabit eos. diabolum: quod significatum est. j. Regl. iiij. b. vbi dixerunt philistijm: Quæ nam est hæc vox clamoris magni in castris hebræorum: Et post dicit: Ingemuerunt dicentes: Ve nobis: non enim fuit tanta exultatio heri et nudiustertius.
- Sexta: quia facit obliuisci illatorum / dimissorum / peditorum. Unde Prouer. vltimo. a. Date siceram mœrentibus et vinum his qui amaro sunt animo: bibant et obliuiscant egestatis suæ et doloris
- Septima: quia facit sui non recordent amplius. abominari peccatum. Unde dicit Auctoritas. Gustato

spiritu/desipit omis caro. Leuit. xxvj.b. Vetera/supueniẽ/tibus nouis proijcietis. Postea/quia de gaudio ⁊ exultatione spirituali exit laus dei: de laude dei subdit: a Rectos decet collaudatio.q.d. vos iusti ⁊ recti laudate deum: qz vos/rectos decet collaudatio/non curuos ⁊ pctores: Quia sicut dr Eccij. xv.c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Peccator autem dicit ⁊ est curu⁹: quia incuruauit se sub peccato ⁊ diabolo. Esa. lj.g. Dixerunt animę tuę: incurua vt transeam⁹: ⁊ posuisti vt terram corpus tuum/⁊ quasi viam transeuntib⁹. Et Esa. ij.c. Incuruatus est homo ⁊ humiliatus est vir. Item Rectos: id est inflexibiles: qui nec in psperitate nec in aduersitate a statu rectitudinis possunt flecti: istos decet collaudatio: quia laudant deum simul in psperitate ⁊ aduersitate. Non sicut ille: de q̃ in Ps. Confitebitur tibi cum benefeceris ei: Sed sicut alibi dicit: Benedicam dm̃ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Et ideo Rectos decet collaudatio/non alios: quia decens est semp laudari eum/qui semper est laudabilis. Ps. 134. Ideo eni est laudabilis: quia bonus. Unde Ps. Laudate dm̃ quia bonus est dm̃s. Item in hoc q̃ dicit/Collaudatio/significat concordia ⁊ charitas. Hęc duo/scilicet rectitudo inflexibilitatis / ⁊ concordia charitatis inuenitur fuisse in laudatorib⁹ pręceptis/videlicet i apostolis. Act. j.b. Hi omnes scilicet apostoli erãt perseuerãtes/ecce inflexibilitas: vna nimiter/ecce charitas: in oratiõe/ecce laudatio. Postea ostẽdit quibus instrumentis laudãdus sit deus/ dicẽs: b Cõfitemini domino/confessione laudis: et etiam confessione peccatorum. c In cithara: id est in carnis mortificatione: in qua debet confessio fieri tam peccatorum q̃ laudis. Et dicitur cithara carnis mortificatio/duabus rationibus. Prima est: quia cithara reddit sonum ab inferiori parte: sic homo per carnis mortificationez de inferiori parte: id est de sensualitate reddit sonum dulcem in auribus domini. Quo sono fugatur dęmonium: sicut legitur. j. Regl. xvj.d. q̃ cum percutiebat dauid citharam: saul leuius habebat ⁊ spiritus malus recedebat ab eo. Secunda ratio est: quia sicut i cithara omẽs chordę concordit extendunt ⁊ resonant: ita in pęnitentia non tm̃ gula refrenãda est a delitijs: sed ⁊ lingua a malis verbis: ⁊ oculi a vanis ⁊ curiosis respectib⁹: Et similit auditus ⁊ odoratus ⁊ tactus ⁊ omnia mẽbra debent in cithara pęnitentię extendi. Unde Roma. vj.d. Exhibete mẽbra vestra seruire iusticię i sanctificationẽ: non dixit linguam tm̃ vel aliqd̃ aliorum: sed generalit membra/vt omnia generalit arceantur. d In psalterio decem chordarũ psallite illi: id est in cęlesti doctrina: quę sicut psalteriũ a superiori reddit sonum: quia vt dicit dm̃s Matth. x. c. Non vos estis qui loq̃mini/sed spiritus patris vestri q̃ loquit in vob. Et Greg⁹. In ꝓtemplatiõe hauriat qd̃ alijs per prędicationẽ effundat. Qd̃ psalteriũ dicit esse decem chordarũ: quia decem pręcepta debet ꝓtinere prędicatoris doctrina. Et dicit psallite: qd̃ tactu manus fit: ad notandũ q̃ illud qd̃ prędicat/primo faciat/⁊ postea doceat. Act. j. a. Cępit iesus facere ⁊ docere. Nec solum vetera pręcepta prędicate ⁊ implete: sed ⁊ nouũ mandatum. Unde bene sequit: e Cantate ei/non solum lingua prędicãdo: sed ⁊ vita ostendẽdo: f Canticum nouum: quadruplici nouitate. Nouũ: qz de nouo testamẽto. Joh. xiij.d. Mandatũ nouũ do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Item Nouum/ quia in nouo corde. Ps. Cor mũdum crea in me deus: et spiritũ rectum innoua i visceribus meis: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Item Nouũ: quia pro nouo/scilicet pro vita ęterna. Unde Esa. xliij.c. Ecce ego noua facio: id est faciam: ⁊ nunc orientur/scilicet in vita ęterna. Item/Nouum: quia de nouo/scilicet de nouo rege quem coronauit mater sua diademate humanitat. Sicut dicit Cant. iij.d. Egredimini filię sion: quasi ad videndũ nouũ: Unde addit: Et videte regem salomonem in diademate quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illius. De hoc nouo/Hiere. xxxj.d. Nouum creabit dm̃s super terram: fęmina circũdabit virũ. Ideo ergo/ Cantate ei canticum nouũ: Quia sicut dicitur in Glo. Nou⁹ rex/nouа lex: noua sũt gaudia. g Bene psallite ei in vociferatione. Sup dixerat/ psallite: qd̃ expositũ est de doctrina coniũcta operationi: Sed qz illud erã potest male fieri. i. mala intentiõe: sicut aliquis posset prędicare et etiam facere id qd̃ diceret ꝓ inaniglozia/ vel pro ꝓbenda/ vel alio tempali emolimento/vel etiam min⁹ bene. s. si negligenter expleret officiũ prędicãdi vel hmõi: ideo ad hęc excludenda repetens addit: Bene. q.d. non male aut negligent psallite/ꝓdicando ⁊ opando: b Ei. i. ad honorẽ suũ: vel ad eũ habẽdũ. Et quõ bñ: Ecce: i In vociferatiõe/vel iubilatione qd̃ idem est. i. in lętitia cordis ineffabili habita de supernis. Lętitia eni quę habet de tempali cõmodo: non est iubilatio: Parua eni est ⁊ cito põt exꝑmi ⁊ reꝑmi: Sz illa q̃ de supnis ꝓcipit/exꝑmi nõ põt ꝑ vocẽ nec reꝑmi/q̃n ꝓrũpat i vocẽ. Hęc ẽ eni descriptio iubili. Jubil⁹ ẽ exultatio mẽt/ habita de supnis: q̃ nec tacere nec oino exꝑmi põt. Uel ꝺ psallẽtib⁹ in ecclesia ⁊ dicẽtib⁹ psalmodiã in ecclesia/exponi potest istud verbũ: Bñ psallite ei in vociferatiõe. Male eni psallunt multi: qui non attẽdũt quid dicunt: qui labijs deum honorant: sed cor eorum longe est ab eo. Bene aũt psallit: qñ in vociferatione ⁊ iubilatione psallit: vt ex abũdantia cordis os loquat: Matth. xij.c. Et ad hmõi bñ psallẽdũ assignat btũs Bern. septẽ esse oportuna: sup Cant. i sermõe. xiij. sic dicẽs: Immolãtes itaq̃ hostiã laudis ⁊ reddẽtes vota nr̃a de die in diem: curem⁹ omni vigilãtia iungere sensum. i. intellectũ ꝓsui. i. vocali psalmodię/affectũ sensui/exultationẽ affectui/grauitatẽ exultationi/humilitatẽ grauitati/libertatẽ humilitati: q̃ inkdũ liberis purgatę mẽt. passib⁹ ꝓcedam⁹: ⁊ excedam⁹ ꝑ inusitatas q̃sdã affectiões spũales lętitias i iubileis amęnitatib⁹ i lumie dei ⁊ suauitate i spũsctõ ⁊c. k Quia rectũ est verbũ dm̃i. q.d. ita ꝓdicandũ/operandũ ⁊ cantãdum in ecclesia est in iubilatiõe. i. ex lętitia ⁊ amore supnorũ/nõ terrenorũ: quia verbum dm̃i est rectum. i. ꝓdicatio et cętera q̃ quę videm laudare deũ: debet esse recta: vt intentio ad cęlestia dirigat ⁊ nõ ad terrena incuruet. Unde de samuele dicit. j. Regl. iij.d. Nõ cecidit ex oibus verbis eius in terram. Uerbũ ergo dm̃i incuruãt q̃cunq̃ pro terreno cõmodo ꝓdicãt. Incuruare vident/ q̃cũq̃ pauptatẽ prędicãt ⁊ diuitias amãt. Unde dicit Greg⁹. Forte ideo ꝓtemptũ tpaliũ prędicant vt soli habeant: Nam pauptatẽ prędicãt vt medicamentũ: ⁊ eã fugiũt vt venenũ. l Et oia opa eius. i. deum. m In fide/sũt faciẽda. i. qd̃ exteri⁹ bonũ videt opus: interius fide vigeat/vt credẽs ęternã retributionẽ/ hic non q̃rat ꝓmiũ fauoris vel tpalis retributiõis cuiuscũq̃. Unde dicit Esa. xxviij.d. Qui crediderit nõ festinet. s. accipe h̃ retributionem tpalẽ: sed expectet ęternã: alioqn̄ totum pdit/qz deo non placet. Unde Heb. xj.a. Sine fide impossibile est quemq̃ placere deo. Et Roma. xiiij.d. Omne qd̃ nõ ẽ ex fide/pctm̃ est. Uel alit. Quia rectũ est verbũ dm̃i/vt hęc dictio/quia/notet cãm q̃re laudãdus ẽ dm̃s. Sup eni hortat⁹ ẽ ꝓba vt deũ laudem⁹: et postea modũ laudationis ostẽdit: Hic aũt assignat cãm: imo cãs plures q̃re laudãdus ẽ dm̃s. Prima cã est: qz fidelis ẽ in ꝓbo. Unde dicit: Quia rectũ est verbum dm̃i. q. Cor. j.d. Non fuit in illo est ⁊ non: sed est in illo fuit. Secũda causa est: qz est discretus in opere. Unde addit: Et omnia opera eius in fide. i. ꝓpter fidem ecclesię confirmandã. Joh. x.g. Si nõ facio opera patris mei/nolite credere mihi: si autem facio: et si mihi nõ vultis credere/operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credat/ qz i me ẽ pater: et ego in patre. Tertia causa/est eius misericordia q̃ prior dilexit nos. Unde dicit:

Diligit misericordiã

Cithara dicitur carnis mortificatio

Cãticum nouũ cantãdũ ẽ q̃druplici nouitate

Ps. 50. Eccl. 15.c.

a rectos decet collaudatio.
b Cõfitemini domino in cithara: in psalterio decẽ chordarum psallite illi. Cãntate
f ei cãnticũ nouũ: bẽne
g h i k l m psallite ei in vociferatiõe. Quia rectum est verbum domini: et omnia opera eius in fidẽ.

Al. ⁊ cantate ei in iubilatione

Al. ⁊ rectus est sermo

Quid sit iubilo

Ad bene psallendum septẽ sunt oportuna

Quare dominus sit laudandus

a Diligit misericordiã: id est misereri. Greg⁹. Ostẽdit quãtum nos diligit/quos dum respuitur non relinquit. Osee vj.c. Misericordiã volo ⁊ non sacrificiũ. Quarta causa est: quia iustus est: Unde addit: b Et iudicium. Ps. Just⁹ dñs ⁊ iusticias dilexit: equitatẽ vidit vultus eius. Hęc duo fuerunt in ipso/scili/cet misericordia ⁊ iu/sticia: et debẽt simili/ter esse pręcipue in p̃/latis. Unde Greg⁹. Justicia aut miseri/cordia multum desti/tuit/si vna sine alte/ra teneatur: sed erga subditos inesse rectoribus debet/⁊ iuste consulens misericordia/⁊ pie sęuiens disciplina. Itẽ in quo/libet homĩe diligit dñs misericordiã ⁊ iudiciũ: vt sit alijs mi/sericors compatiẽdo: et in eis quę potest subueniẽdo: et in se/ipsum iudiciũ ⁊ iusticiam faciat. Unde Michęę. vj.c. Indi/cabo tibi o homo quid sit bonũ ⁊ quid dñs quęrat a te: vtiq; facere iudiciũ ⁊ diligere misericordiã ⁊ sollicite ambulare cuꝫ deo tuo. Quita causa ẽ: quia est largus. Unde dicit: c Misericordia domini plena ẽ terra. Ad litterã: qꝛ vbiq; terrarũ prędicata est: et a dño concessa remissio peccatorũ. Uel/Terra: id est minores ⁊ q̃ peccatores fuerũt: Et hi ple/ni sunt misericordia dei quã exhibuit eis deus: et ante ꝓuer/sionem expectãdo ad pęnitentiã: et in ꝓuersione dando veni/am: et post ꝓuersionẽ seruando gratiã. De primo Ps. Mi/sericordia eius ꝓueniet me. De secũdo/Ps. Miserere mei de⁹: fm magnã misericordiã tuaꝫ ꝛc. De tertio/Ps. Et mi/sericordia tua subsequet̃ me omnib⁹ diebus vitę meę. Eccl. ij.d. Scõm magnitudinẽ illi⁹: sic ⁊ misericordia illius cũ ip/so est. Sexta: qꝛ nõ solum miserek peccatoꝫ: sed etiã bonos ĩ bono ꝓfirmat ⁊ ꝓseruat. Unde addit: d Uerbo domi/ni cęli firmati sunt. Qõ ⁊ ad litterã verꝫ est/⁊ mystice. Ad litterã sic: d Uerbo domini: id est ĩ filio: e Cęli fir/mati sũt: qꝛ per filium fecit eos deus. Unde Gen. j.a. In p̃ncipio creauit deus cęlum ⁊ terram. g Et spiritu oris eius: id est spiritusancto: Omnis virtus eorum. Os patris est filius: quia sicut homo exponit alq̃s per os suam voluntatẽ: ita pater per filiũ. Huius oris dicitur spiritussan/ctus esse spiritus: quia sicut a patre/sic a filio ꝓcedit. Et hoc spiritu: h Omnis virtus/cęlorum: id est per eum firmi/tas eorũ solidata est. Et est idem opus filij ⁊ spũssancti/per q̃s operat̃ pater (indiuisa enĩ sunt opa trinitatis) sed pr̃i auc/toritas attribuit̃. Et exp̃munt̃ hic tres personę. Pater/cum dicit: dñi. Filius/cum dicit: verbo et oris. Spũssanctus/cum dic̃: et spiritu. Sicut Gen. j.a. In p̃ncipio creauit de/us cęlũ ⁊ terrã ꝛc. Dei enĩ noĩe/pater intelligit̃: per p̃ncipi/um/filius: per hoc q̃ sequit̃: et spiritus dñi ferebat̃ sup aq̃s/intelligit̃ spũssanctus. Mystice sic: e Cęli: id est apo/stoli: f Firmati sunt/in fide. d Uerbo dñi: id est ꝑ filium: qui eos vocauit ⁊ instruxit. Uel/Uerbo dñi: id est doctrina christi. Unde Joh. vj.g. cum dixisset: Nemo po/test venire ad me nisi datum fuerit ei a patre meo (vt ibi dici/tur) multi discipulo⁊ eius abierunt retro: ⁊ iam non cum illo ambulabant: Isti nõ erant cęli: Sed apostoli qui erãt cęli fir/mati sunt verbo illo. Unde ibi sequit̃ Joh. vj.g. q̃ dixit tũc dñs ad duodecim: Nunquid ⁊ vos vultis abire? Et respon/dit simon petrus: Dñe ad quem ibimus? Uerba vitę ęternę habes. g Et spiritu oris eius/scilicet dei patris: id est filius. h Omnis virtus eorum/supple data est ⁊ ꝓfir/mata ad patiendũ aduersa: ⁊ faciẽda miracula. Lucl. vltl.g. Sedete in ciuitate quousq̃ induamini virtute ex alto. Uel Eius: id est filij. Et est sensus: Spiritu oris eius: id est spiritu quez promisit se missurũ. Joh. xvj.b. Si abiero mit/tam eũ ad vos. Uel sic: d Uerbo domini: id est verbo p̃dicatiõis: e Cęli: id est cęlestes ⁊ spirituales. f Fir/mati sunt/in bono ⁊ ꝓfortati. Et bene dicit: Uerbo dñi/non hominis. Ps. Dabit voci suę vocẽ virtutis. Cęli/non terreni: quia non recipit stultus verba prudentię nisi ea dixe/ris quę versant̃ in corde illi⁹: vt ꝛ Prouer. xviij.a. et Eccl. xxj.c. Audiuit luxuriosus ⁊ displicebit ei g Et spũ oris eius. i. spirituali p̃dicatione p̃dicatoꝛis. h Omnis vir/tus eoꝝ/solidat̃. Dicit autẽ p̃dicatoꝛ spũalis os dñi. Hie/re. xv.d. Si sepaueris p̃ciosum a vili/quasi os meum eris. Et Greg⁹. in homel. sup Ezech. Omnes orga/na veritatl̃ sum⁹/quot quot christũ prędica/mus. Et ex hac p̃dica/tione spũali ꝓfirmat̃ ⁊ sustentat̃/oĩs virtus eoꝝ/non pars. Ps. Auferes spm̃ eoꝝ ⁊ deficient. Et alibi: Percussus sum vt fę/num ⁊ aruit coꝛ meũ: quia oblitus sum comedere panẽ meũ. Septima causa quare dñs laudãdus est: est eius potẽtia. De qua dicit: i Congregans sicut in vtre aq̃s maris/supple dñs est. Congregãs ꝛc. Ad lr̃aꝫ enĩ ipse ꝓgregauit aquas maris in alueo suo sicut in vtre/cum dixit Gen. j.a. Congregent̃ aquę quę sub cęlo sunt in locum vnũ ⁊ appareat arida. Job. xxxviij.b. Circũdedi mare terminis meis: ⁊ po/sui vectem ⁊ ostia: ⁊ dixi: vsq̃ huc venies ⁊ non ꝓcedes am/plius: ⁊ hic ꝓfringes tumẽtes fluct⁹ tuos. Octaua causa est: quia diues est. Unde addit: k Ponens in thesauris abyssos. Iuxta illud Ps. Qui ꝓducit ventos de thesaurl̃ suis: Uel sic: Ponẽs in thesauris abyssos. i. cui⁹ the/sauri sunt inscrutabiles sicut abyssus. Baruch. iij.b. Quis inuenit locũ eius: aut q̃s intrauit thesauros eius? Uel my/stice põt legi totũ sic: i Congregãs sicut i vtre aq̃s maris. i. restrigẽs ⁊ refrenãs tribulatiões. Qõ fac̃ dñs ꝓt multa. Primo ne hoĩem oꝑimãt. Eccl. xxxix.c. In verbo eius sterit aq̃ sicut ꝓgeries. Scõo ne hoĩem impediãt. Sap. vltl.b. Ex aqua q̃ ante fuit: arida terra apparuit: ⁊ ĩ mari ru/bro via sine impedimẽto. Esa. lxiij.c. Qui eduxit eos ꝑ abys/sos q̃si equũ nõ impingentẽ. Itẽ ꝓgregat has q̃si in vtre: q̃ facit eas potabiles. In vtre enĩ ponit̃ res ad bibendum. Deut. xxxiij.c. Inũdationes maris q̃si lac sugent. Itẽ con/gregat eas q̃si in vtre/vt sitim peccati extinguat in homine. Eccl. xj.d. Malicia vni⁹ horę/obliuionẽ fac̃ luxurię magnę. Uel/Aquas maris. i. delectatiões carnales/q̃ in veritate sunt nõ dulces aquę ꝑ amarę: qꝛ cũ laboꝛe acq̃runt̃. Unde Hie/re. ix.b. Ut inique agerẽt laboꝛauerũt. Unde dixit quidam: Paruũ festũ p̃cedũt magnę vigilię. Item cito transeũt ⁊ cõ/sciẽtiã remoꝛdẽt. Unde dicit q̃dã philosophus: Nõ emo tanti pęnitere: et ꝑ dixit: qꝛ q̃daꝫ meretrix petebat magnũ pręciũ ab eo vt pmitteret eũ coire cũ ea. Has aq̃s ꝓgregat dñs: q̃ñ carnis petulantiã in sanctis restringit. Gen. xlij.a. Subter te erit appetit⁹ eius: ⁊ tu dñaberis illi⁹. k Ponẽs i thesau/ris abyssos. i. pctõres faciẽs lapides p̃ciosos ꝑ pęnitẽtiã. Matth. iij.b. Potẽs est dñs de lapidib⁹ istis suscitare filios abraę. Job. xxviij.a. Ferrũ ꝺ terra tollit̃: ⁊ lapis caloꝛe solu/tus in ęs vertit̃. Uel sic: Ponẽs i thesauris abyssos. i. pctõꝝ pfunditatẽ quasi thesauriçãs/vt pęnã reddat: cum in die iudicij aperiet istũ thesaurũ. Roma. ij.a. Tu aũt fm du/ritiã tuã ⁊ impęnitẽs coꝛ/thesauriças tibi irã in die irę et re/uelatiõis iusti iudicij dei. Dicitur aũt abyssus. i. sine base vel sine bysso: Et bñ significat pctõres: tũ infideles/q̃ sũt sine ba/se fidei: tum prauos christianos/q̃ sunt sine bysso ⁊ candoꝛe mũdę vitę. Et qꝛ dñs talis ac tant⁹ est: l Timeat dñm: non mũdũ. Greg⁹. Qui nihil habet de mũdo q̃ diligat: ni/hil habet in mũdo q̃ ꝓtimescat. Itẽ nõ hoĩes. Matth. x.d. Nolite timere eos q̃ occidũt coꝛpus. Item non dęmones. Greg⁹. Debilis est hostis q̃ non põt vincere nisi volentem. m Ois terra/nõ cęlum. i. terreni timere debent: qꝛ terrena appetũt ⁊ quęrũt ⁊ ipsum ꝓtemnũt: Sed q̃ cęlestia q̃rũt ⁊ ip/sum amplectunt̃/nõ timere eos opoꝛtet: sed potius gaudere. Qõ significatũ ⁊ expressum fuit/Matth. xxviij.a. vbi dicit/q̃ p̃ timoꝛe angeli dñi/exriti sunt custodes: et facti sunt velut moꝛtui: sed mulierib⁹ quę dñm q̃rebãt/dixit angelus: Noli/te timere vos: scio enĩ q̃ iesum q̃ crucifix⁹ est quęritis. q.d. illi

a Diligit misericordiã et iudi
b cũ: misericordia dñi plena
c est terra. Uerbo dñi cęli fir/
d mati sunt: et spũ oris eiꝰ ois
e virtus eoꝝ. Cõgregãs sicut ĩ
i vtre aquas maris: ponens
k in thesauris abyssos. Time/
l at dominum omnis terra:

Ad litteram

Mystice

Dñs restringit tribulationes: sicut aq̃s ĩ vtre

Ps. 10.

Ad litteram

Mystice

Ps. 58.
Ps. 50.
Ps. 22.

Ps. 67.

Ps. 103.
Ps. 101.

Ad litteram

Ps. 134.

terreni/qui christum in terra detinere putant/timeāt:sed vos cęlestes quę christū quęritis nolite timere. Qd manifestꝰ exprimit cum subiungit: a Ab eo autem cōmouean̄t omnes inhabitantes orbem. q. d. non dico q̄ timeat terra:id est elementum: sed terra:id est terreni: et ideo ponit aduersatiuā cōiū-

Al. tipso
Al. tą habitant

ctionē. Et dic nō tm̄: habitātes orbem: sed inhabitantes. Habitāt enim orbem etiam boni qui corpore habitant in terra:licet spūs sit ī cęlo. Phil. iij. d. Nostra conuersatio in cęlis est. Sed mali inhabitant orbem:quia etiam ex interioribꝰ suis eum habitant/ scilicet voluntate ⁊ desiderio. Eccl. x. b. Nihil iniquius q̄ amare pecuniā: Hic enī animā suā venalē habet: qm̄ in vita sua ꝓiecit intima sua. Esa. xiij. b. Visitabo sup orbis mala:⁊ terra mouebit d̄ loco suo. Terra.i.pctōr auarus/de arca sua: luxuriosus de lecto suo:gulosus de mēsa sua: supbus de cathedra sua:et sic de alijs. Vel/

Ps. 103.

Cōmouean̄t/p pnitētiā:ꝓm illud Ps. Qui tāgit mōtes ⁊ fumigāt. Esa. xxiij. d. Cōcutient fundamēta terrę:ꝓfractione ꝓfringetur terra: cōtritione contere⁊ terra:cōmotione cōmouebitur terra:agitatione agitabit terra. Primū fit dñi cōmiatione: secundū dñi percussione: tertium cordis contritione:quartum oris confessione:quintū operis satisfactione. Job ix. a. Qui cōmouet terram d̄ loco suo. b Quoniam ipse dixit. Bene dico: Timeat dñm oīs terra: Et vere dominus est: Quoniam ipse dixit ⁊ facta sunt: quia suū dicere/est suum facere. Vel sic: Ideo timēdus est dominꝰ:qz potest mittere corpus ⁊ animā in gehennam: vt dr Matth. x. d. Et hē q̄ dic hic: Timeat ⁊c. Qm̄ ipse dixit ⁊ facta sunt. Et similiter dicet in die iudicij/et fiet. Hęc autē littera sic potest exponi: c Dixit: id est filium genuit: ī quo omnia fecit. d Mandauit ⁊ creata sunt: id est pręcepit. Vel sic: Dixit ⁊ facta sunt/quātū ad opera ꝓpagationis. Mandauit ⁊ creata sunt/ quātū ad opera creationis/quę de nihilo fecit. Vel sic: Dixit ⁊ facta sunt/ in forma. Mandauit ⁊ creata sunt/ in confusa materia/ scilicet hyle. Vel/ Dixit ⁊ facta sunt/per essentiaz. Mandauit ⁊ creata sunt/ per gratiam. De factura per essentiam:

Ps. 99.
Ps. 103.

Ps. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. De creatione per gratiā. Ps. Emitte spiritū tuum ⁊ creabun̄t. Et Jaco. j. c. Vt simus initium aliqd creaturę eius. De his duobꝰ simul Eph. ij. b. Ipsius factura sumus/ creati in christo iesu in operibus

Moraliter

bonis. Moraliter/legitur versus iste contra doctores/quorum dicere non sequitur facere. Matth. xxiij. a. Super cathedram moysi sederunt scribę ⁊ pharisei:quę dicunt facite: quę autem faciūt nolite facere: dicūt enim ⁊ non faciūt. Nec solum quia sic omnipotēs est dñs/ideo est timendus:sed etiam quia omnia sciens:qd notatur cum addit: e Dominꝰ dissipat consilia gentium. q. d. non tm̄ facta/sed ⁊ consilia secreta ⁊ cogitationes cognoscit/ ⁊ cognita dissipat/ne ad effectum perducan̄t. Hoc est q̄ dicit: Dominus dissipat consilia gentium/martyres interimētiū: quia licet interimerent/non tm̄ ad effectū quem intendebāt peruenerūt: quia hoc faciebant/ vt cultū dei euacuarent: et cultū idolorū ampliarent: Sed dñs ita dissipauit consilia eorū/q̄ ex ipsa occisione martyrum creuit cultus dei:⁊ cultus idolorꝝ diminutus est. f Reprobat autem cogitationes populorꝝ: id est iudęorum:qui cogitauerūt ipsum interficiēdo nomē eiꝰ extinguere: ⁊ ex hoc magis innotuit. Et notandū q̄ cum loquitur de gentibus/dicit: Dissipat consilia: cum loquitur de iudęis/dicit: Reprobat cogitationes: Per hoc inuens q̄ plus displicebāt deo cogitationes iudęorꝝ q̄ etiam consilia gentium: et tm̄ maius est peccatū in se consiliū facere cōtra deū/q̄ cogitare tm̄: Sed ī iudęis quibus promissus erat et qui eū agnoscere debebant/aggrauan̄t peccatū. g Et reprobat consilia principum: id est tyrannorꝝ insurgenti/

a ab ⁊ eo autem cōmouean̄tur omnes ⁊ inhabitantes orbē.
b Quoniam ipse dixit ⁊ facta
d sunt: ipse mandauit ⁊ creata
e sunt. Dominus dissipat cō-
f silia gentium: reprobat autē cogitationes populorum: ⁊
g reprobat consilia principū.
h Consiliū ⁊ aūt dñi ī ęternū ma-
i net: cogitationes cordis eiꝰ in

um contra ecclesiam:quorum consilia multotiens non solum dissipauit:sed ostendit se reprobare eos dando in reprobum sensum:et tempaliter etiam puniēdo. De his Job. xij. c. Ipse nouit ⁊ decipientē ⁊ eum qui decipit/et adducit consiliarios in stultū finē ⁊ iudices in stupore. Vel sic: e Dominꝰ dissipat ꝓsilia gentium: id est vana studia philosophorꝝ: qui tm̄ in vanitatibꝰ student. Esa. xix. b. Sapientes cōsiliarij pharaonis dederūt consiliū insipiēs. ij. Regl. xv. g. Infatua quę-

Al. ⁊ vero

so dñe consiliū achitophel. f Reprobat aūt cogitationes populorꝝ: id est laicorꝝ/qui contra clericos multa mala cogitant. Michę. ij. a. Vę qui cogitatis inutile ⁊ operamini malum. g Reprobat consilia principum. i. prelatorꝝ: quorum consiliū est subditos exactionibꝰ spoliare. Esa. viij. b. Inite consiliū ⁊ dissipabit: loqmini verbū ⁊ non fiet. Esa. xliij. d. Irrita faciens signa diuinorꝝ. Per ꝓsilia gentium: id est phorꝝ/resistitur sapiētię filij. Per cogitationes populorꝝ/ derogat bonitati spūsanci. Per consilia principū: id est potentum seu prelatorꝝ qui suo principatu abutunt: derogat potētię patris. Ideo dicit dñs/Osee viij. a. Ipsi regnauerūt ⁊ nō ex me/ pncipes extiterūt ⁊ non cognoui. e Dñs dissipat ꝓsilia ⁊c. Moraliter/p cōsilia gentiū. i. carnaliū/ꝓcupiscētia carnis pōt designari. Carnales enī dicūt gētes. i. geniti tales: qz ex corruptione suę generationis ꝓtrahūt incētiuū libidinis. Hoc ꝓsiliū est/Sap. ij. b. Vino pcioso ⁊ vnguentis nos impleamꝰ: et non pteat nos flos temporis: coronemꝰ nos rosis anteqū marcescāt: nullū pratum sit qd non ptranseat luxuria nostra: nemo vestrū exors sit luxurię nostrę. Hoc consilium dissipat: qm̄ ꝓuertit homines hmōi ad pnitētiā: vel cū eis ĩmittit tribulationē vel infirmitatem vel mortē. Per cogitationes populorꝝ. i. auarorū/ꝓcupiscentia oculorꝝ: qz a minore vsq̄ ad maiorē oēs auaricię studēt: vt dicit Hiere. vj. c. Hoc ꝓsiliū est/ Prouer. j. b. Abscondamꝰ tendiculas ꝓtra insontē: frustra deglutiamꝰ eū sicut infernꝰ viuentē ⁊ integrū q̄si descendentē in lacū: omnē pciosam subam repiemꝰ: implebimꝰ domos nras spoliis: sortem mitte nobiscū: marsupiū sit vnū omniū nostrū. Et horū cogitationes dissipat similit duobꝰ pdictis modis: ꝓuertendo ad pnitentiā: vt patet Matth. ix. b. Vel mortē mittendo: vt patet in diuite: cui dictū est/ Luc. xij. c. Stulte hac nocte repetēt aīam tuā a te: ⁊ q̄ parasti cuiꝰ erūt: Vel per cōsilia principū/supbia vi tę intelligit. Et hoc ꝓsilia sunt facere sibi nomē in terra: alios sibi subiugare/⁊ hmōi: Sicut. j. Machab. v. e. direxūt iosephus ⁊ azaria s: Faciamꝰ ⁊ ipsi nobis nomē. Et Judith. ij. a. Vocauit nabu chodonosor oēs maiores natu oēsq̄ duces bellatores suos: et h abuit cū eis mysteriū ꝓsilij sui: dixitq̄ cogitationē suā cū eo esse/vt oēm terram suo subiugaret impio: qd dictum placuit omibꝰ ⁊c. Sed dñs reprobauit ꝓsilia ista/sicut rei euēt cōprobauit ī vtrisq̄. Sic et modo fac: qz deꝰ supbis resistit. Jaco. iiij. b. De hmōi dissipatione/ Job. v. b. Qui dissipat cogitationes malignorꝝ/ne possint ĩplere manꝰ eorꝝ qd cępant: q̄ apprehēdit sapiētes in astutia eorꝝ ⁊ ꝓsiliū prauorꝝ dissipat. Hic notan̄t illa tria pdicta. Luxuriosi enī dicun̄t maligni. i. malo igne succensi: Cupidis astutia ⁊ dolꝰ ascribit: Supbis prauitas: qz licet exterius nō videan̄t mali in ꝓspectu hoīm: tm̄ interiꝰ sūt prauī in cōspectu dei. Prouer. xj. c. Abominatio dñi cor prauū: ⁊ voluntas eiꝰ ī his q̄ simplicit ambulāt. i. in humilibꝰ. Ita reprobat et mutat ꝓsilia eorꝝ: Sz suū consiliū est imobile ⁊ imutabile: Vnde addit: h Cōsiliū aūt dñi ī eternū manet: qz qd disponit dñs/mutari nō pōt ab hoībꝰ. Vnde Act. v. g. dixit gamaliel: Si ē ex hoībꝰ ꝓsiliū: hoc opus autē dissoluet: si vero ex deo ē: nō poterit dissoluere: i Cogitationes cordis eiꝰ in generatione ⁊ generationē. i. in sempiternū. Esa. xlvj. d. Cōsiliū meū stabit: ⁊ oīs volūtas mea fiet. Esa. lv. c.

Moraliter

Non enī cogitationes

